

Paolo Aretino. Musica cum quatuor, quinque, ac sex vocibus: super hymnos totius anni . . . Milano, Francesco Moscheni. 1565. Not listed in RISM.

Title:

PAVLI ARETINI
MVSICA CVM QVA-
TVOR, QVINQVE, AC SEX
VOCIBVS: SVPER HYMNOS
TOTIVS ANNI.

*Secundum ritum S. Romanæ Ecclesiæ,
nouiter in lucem aediti.*

[Printer's mark]

MEDIOLANI,
Apud Franciscum Moschenium.

M D LXV.

Dedication:

CLARISSIMO VIRO, ET SVMMAE INTEGRITATIS | Antiftiti, Antonello Arcimboldo
patritio Mediolanenſi | FRANCISCVS MOSCHENIVS S. P. D. |

*CVM viri clariffimi, & Reuerendiſſi. Patris tui cultor obſeruantiffimus | fuiſſem; qui me in
ſuā olim clientelam ſuceptum omni humanitatis genere | complexus multis muneribus
ornauit, beneficijs fouit quā plurimis, & | denique modis omnibus vſq; ad extremum ſuæ
vitæ diem meæ ſemper fuit fautor | induſtriæ in hac ciuitate, in qua Archiepiſcopatus
munere cū ſūma laude, maximaq; | apud omnes gratia functus eſt: intelligebā mearū eſſe
partium, tibi quoque vt idem | ſtudium, eandē voluntatē, idemq; obſequiū præſtarū; vtq;
aliquo fidei, & obſeruantia | indicio in tuam rurfus clientelā inſinuarem. Cū præſertim
viderem, te non ſolū | virtutis, gloriaq; paternæ hæredē eſſe, ſed etiv eius amicitias
diligentiſſimè omnes | retinere, clientes amplecti, ſeruos alere, & afficere præmijs, in
gratiam, gratamque | memoriam parentis Illuſtriſſimi, & optimè meriti. Sed licet hoc tā
cuperem, quā | quod maxime; tamen nullam mihi offerri occaſionem dolebam, per
quam id aptè, & | commodè facere poſſem. Nunc autem cū Paulus Aretinus muſicæ
artis profeſſor | ſanè egregius cantica ſua quædam ad me tranſmiſiſſet imprimenda,
liberamq; mihi poteſtatem homo amiciſſimus reliquiſſet, vt ego ea, cui velliē, dicarem;
inuentā mihi | tandē eſſe occaſionē ad te accedendi ſum arbitratus. nam cū hæc cātica à
pleriſque | noſtræ ciuitatis muſicorum abſolutiſſima fuerint indicata; nullum putavi aptius,
aut | gratius tibi munus eſſe poſſe, qui inter alia ingenij, et induſtriæ præclara ornāmēta, |
quæ te omnibus omniū ordinum hominibus admirandū præbent, muſicā artē tanquā | à
cœleſti ortā concentu, & diuina ſuauitatis imaginē ſummopere amas, & colis; in | eaq; ita
verſaris, vt excellas maximè; qui eam ſolam artem exercent, ac ſe | illius magiſtros
profiteri nō dubitant, ij tamē ſe tibi vix ſecundos inueniant, & ſine | inuidia fateantur. Ad
hæc alia quoq; ratio eſt, quæ muneris huius gratiam apud te nō | parum exaugeat; quòd
ſunt ea cantica de ſacris rebus, & ſanctos in DEI laudem | Hymnos modulantur. Quid*

autem hac re potest tibi aptius inueniri, qui sacrorum | integerrimus Antistes non solum ipse pie diuina curas, sed multorum etiam sacerdotum caetus tibi subditos habes, quos idem facere autoritate, legibus, & exemplo compellis quotidie? Accipe igitur vir amplissime hoc a me quasi sacrum munus hilari animo; | meque simul in tuam familiam recipe; paternum clientem, et seruum agnosce; paterna | comitate, mansuetudine, & benignitate foue. Quod si (vt confido) impetrauero; | summa ope, & cunctis viribus adnitar, vt comperias, me a nullo eorum, qui tibi | deditissimi sunt, nec fide erga te, nec amore, nec obseruantia superari. Vale. |

Index:

INDEX, HYMN.

IN Aduentu Domini

In Natiuitate D. N. Iesu Christi.

In Epiphania Domini

In Dominicis Quadragesimae

In Dominicis Passionis

In Octaua Resurrect. D.N. Iesu Christi

In Ascensione D.N. Iesu Christi

In festo Penthecostes

In festo Sanctiss. Trinitatis

In festo Sacratissimi Corporis Christi

In festis beatæ Mariæ Virginis

In festo S. Donati mar. & episcopi Aretini

In Conuersione S. Pauli

In Cathedra sancti Petri

In festo S. Marci, & sanctorum Apost. Philippi & Iac.

In Natiuitate S. Io. Baptistæ

In festo apostolorum Petri, & Pauli

In festo sanctæ Mariæ Magdalenæ

In festo sancti Michaelis

In festiuitate omnium Sanctorum

In dedicatione Ecclesiæ

In festis Apostolorum

In festo unius Martiris

In festis plurimorum Martirum

De Confessoribus

De Virginibus

In Dominicis diebus, a Dominica post Octauam Corporis Christi, vsq; ad Aduentu, &

ab Octaua Epiphaniæ, vsq; ad primam Dominicam Quadragesimæ

Ad Completorium

Magnificat, Primi Toni, cum quatuor voc.

Magnificat, Quarti Toni, Pari voc.

Te Deum laudamus. cum 5. voc.

FINIS.

Contents:

Qui condolens in teritu In Aduentu Domini [3 verses]
 Tu lumen tu splendor In Natiuitate D. N. Iefu Chriftri [3 verses]
 Ibant Magi In Epiphania Domini [2 verses]
 Refpice clemens In Dominicis Quadragefimæ [4 verses]
 Quo vulneratus infuper In Dominicis Paffionis [3 verses]
 Cuius Corpus fanctiffimum In Oçtaua Refurreçtionis D.N. Iefu Chriftri [4 verses]
 Quæ te vicit clementia In Afcenfione D.N. Iefu Chriftri [3 verses]
 Qui paracletus In fefto Pentecoftes [3 verses]
 Te cælorum In fefto Sançtifs. Trinitatis [2 verses]
 Nobis natus nobis datus In fefto Sacratiffimi Corporis Chriftri [3 verses]
 Sumens illud In feftis beatæ Mariæ Virginis [3 verses]
 Quem nutrit Nicomedia In fefto S. Donati mar. & epifcopi Aretini [2 verses]
 Sit Trinitati In Conuerfione S. Pauli [1 verfe]
 Gloria Deo In Cathedra fançti Petri [1 verfe]
 Sermone blando Angelus In fefto S. Marci, & fançtorum Apoft. Philippi & Iac.
 [3 verses]
 Nuncius celfo In Natiuitate S. Io. Baptiftæ [2 verses]
 Ianitor cæli In fefto apoftolorum Petri, & Pauli [1 verfe]
 Honor, decus imperium In fefto fançtæ Mariæ Magdalenæ [1 verfe]
 Collaudamus venerantes In fefto fançti Michaelis Archangeli [2 verses]
 Beata quoque In feftiuitate omnium Sançtorum [3 verses]
 Noua veniens de cælo In dedicatione Ecclefia [2 verses]
 Vos fæcli iufti In feftis Apoftolorum [3 verses]
 Hic nempe mundi gaudia In fefto unius Martiris [2 verses]
 Hi funt quos retinens In feftis plurimorum Martirum [3 verses]
 Qui pius prudens De Confefforibus [2 verses]
 Qui pacis inter lilia De Virginibus [2 verses]
 Qui mane iunçtum In Dominicis diebus, a Dominica poft Oçtauam Corporis Chriftri,
 vfque ad Aduentum, & ab Oçtaua Epiphaniæ, vfque ad primam Dominicam
 Quadragefimæ [2 verses]
 Procul recedant Ad Completorium [1 verfe]
 Magnificat Primi Toni, cum quatuor vocibus [even verses]
 Magnificat Quarti Toni, Pari voc. [even verses]
 Te Deum laudamus cum 5. voc. [even verses]

Part-books:

CANTVS A-D⁴ 32pp. Dedication. Index.
 TENOR A-E⁴ 40pp. Dedication. Index.
 BASSVS A-E⁴ 40pp. Dedication. Index. [last 4 pp. blank]

Remarks:

Quarto format. All compositions set even verses only. Copy consulted: **PL-Kj**. Not listed in RISM.